se

Et si duo mutuo vulnerat equalr et querulant equali quilibet ex eis in alterum duellum acquisierit tunc eius adversarius manu demeretur Ita tamen si vulnus monomachale fuerit Et si alter ex eis antequam duellum acquisitum fuerit moritur adversarius collum demetur

De viro qui alterum vulnerat et si ad iudicium deductus fuerit in facto manifesto

Si aliquis detinet eum qui ipsum vulneravit Cum xxxvi in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deduxit quod sic querelletur cum prelocutore Domine iudex ego querelam propono super istum virum quod ipse venit intra limitem vel in strata regia in me pace vulnerans et me spolians in meo corpore et in bonis meis et me vulneravit dum pacem in me conseqvit tunc ego vidi ipsum in propria persona et prelimavi super eum cum clamore et ipsum captivum hic ad iudicium deduxi Et volo eum vincere per quibus qui meum clamorem audierunt et cum meo testimonio vero ut ius michi diffinierit Et in sua requiro quid hoc probare debeam ita ut michi proficiat in iure meo Et tunc satisdationem adversarius rectum petat pro hac querimonia et dicat se de facto innocentem ille qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit facilius cum vincere potest cum testibus Etiam ipse captivus cum testibus evadere posset si ut iuris est probaverit testimonio Ille solvat collum si est homicidium vel ad manum si vulnus est monomachale cum ad iudicium ipsum cum manifesto facto deduxerit per testes quibus vir potest alterum astare qui in suo iure non potest argui exceptis patre aut filio et filio et mercenario

De duobus qui se mutuo vulnerant unus cutello et alter gladio C xxxvii

Quod si se duo mutuo vulneraverint unus cutello et alter gladio et si vulnera monomachalia utriusque fuerint ille qui cum gladio solvit manum Ille cum cutello solvit collum quia cutellus infert mortem furtivam

Si protraxerint eodem die non fit querimonia Capitulum xxxviii

Etiam si alter alterum vulneraverit et causa sua protracta fuerit simile debet iudicari ad iudicium proximum Et si vulneratus fuerit et vulnus non fuerit monomachale et si conquestus fuerit si iudicari debet ad iudicium proximum Et si comparuerit vulnus monomachale fuit tunc sibi iudicium iudex debet terminari pro facto manifesto si exigerit

De duobus qui se vulnerant et ambo coram iudicio comparent Capitulum xxxix

Quod si duo se vulneraverint et ambo coram iudicio comparent et querimonias proponunt Cum primam querimoniam prelocutor protestari poterit aput suum adversarium duellum acquirit et si ipsum iusto modo salutavit Etiam si vulnus fuerit monomachale Sin autem ad diem duellum dilatatum fuerit et si alter pugillem convenerit super alterum